



Ego omni officio, ac potius pietate erga te;
carteris satisfacio omnibus: Mihi ipse nun-
quam satisfacio. Tanta est enim magni-
tudo tuorum erga me meritorum, ut quoni-
am tu, nisi perfectam re, de me non conquies-
si; ego, quia non idem in tua causa efficio,
vitam mihi esse acerbam putem. In cau-
sa haec sunt: Ammonius Regis Legatus
aperte pecuniam nos oppugnat. Res agitur
per eosdem creditores, per quos, cum tu ad-
eras, agebatur. Regis causa, si qui sunt,
qui velint, qui pauci sunt, omnes ad Pompe-
ium rem deferri volunt. Senatus Reli-
gionis calumniam, non religione, sed ma-
levolentia, et illius Regiae largitionis
invidia comprobat. &c.





















